P, RVTILIVS ET AQVILA RO/ MANVS. ANTIQVISSIMI AVCTORES.

Alexander Peruſinus ad Lectores.

ACCIPE *Candidisſime lector hos libellos uere aureos. Quales ſint eorum breuitas demon ſtrabit. Hoc unum præteriri nolo, Quintilianum, ubi agit de figuris, ſine his auctoribus minime itel ligi poſſe.*

ILL.& Excell.Duci. Dño Dño ALFONSO Eſtenſi.D.Suo æternum obſeruando Nico/ laus Roſcius Ferrarie͂.vulgo Zopinus.S.D.

DIu cogitãti mihi, Inclyte prĩceps: quæ/ nã honeſtiori occaſione in tuam arctius deuenire͂ cognitione͂, utq; noſtra erga te uetus & ſingularis ſeruitus ĩdies magis tibi ĩno/ teſceret: (Pater.n.meus Ariſtoteles ab Inuictiſ ſimo & beneficentiſſimo patre tuo ad Tabellio/ natus Fiſci.D.officiũ ꝓuectus nõ ſine laude in cu ria eius conſenuit:) & hac ſolũ de cauſa, ut tan/ dem in grege tuoꝝ cultoꝝ abſte humiliter cõſcri bi mererer: Quod mihi in hac uita pro ſumma fœlicitate contigiſſe arbitrarer. Honeſta ſane oc/ currit occaſio: Nam cũ ad manus meas ꝑueniſſet nuper trãſlatus e Gallia Rutilius de Antiqtate: ꝗ multis annis pene deploratus nõ ſine lĩguæ lati næ iactura latuerat: ſtatui illũ tibi dicatũ, meiſq; typis impreſſum tui Nominis Auſpicio in lucem edere: ut ſub eiuſdem ſplendore: qui ſquallidus & obſcurus factus erat priſtinum redpiat nitorem: ſuoq; nomini reſtituatur. Non.n.Dubiũ eſt eum huic inue͂to opi nõ modico fauori futuꝝ: ꝗ cotidie nedũ ĩuentis addit, Sed altiſſimi ĩgenij ſui ſoler/ tia multa fœliciter & p̄ſertim in Re Militari no ua adiuenit. Quæ.n.in Bellicis Torme͂tis exco/ gitáuerit: Iam nouerunt Mauri atq; Indi. Va/ le meum Numen, & Zopinum commendatum habere non dedigneris.

P.RVTILII LVPI SCHEMA/ TA DIANOEAS EX GRAE CO VORSA GORGIA.

PROSAPODOSIS. Hoc ſche/
ma duobus modis fieri & tractari
poteſt. Nā ſententiis duabus aut
pluribus ꝓpoſitis: ſua cuiq; ratio
uel poſterius reddetur uel ſtatim
ſub una quaq; ſnīa ſubiūgetur: qbus poſterius
ratio ſubinferetur. huiuſmodi ſunt. DEMO/
STHENES. Nō. n. pari rōne Philippus atq;
nos diuerſis rebus medetur. ſed ille uſqueeo ni
titur: quoad reſtituat atq; exuperet. nos cōtra
ſtatim uinci meditamur. Ille enim ꝓ laude ſi/
cut ꝓ patria p̄liatur. nobis, aūt ſi nihil accedit
mali: ſatis ac minimū boni uidetur. cū ſingulis
ſententis ſtatim ratio ſubiungitur hoc exēplo
DEMETRI. PHALERI. Nā quod benefi
cium tēpore & cupienti datur gratū eſt. Vtili
tas. n. ac uoluntas accipiēdi honorem dantis
facis ampliorem. At quod ſero & non deſide/
ranti dari datur ingratum eſt. Amiſſo enim tē
pore utilitatis cadit accipiendi cupiditas.

SINATRISMOS. Hoc & ſingulis uerbis &
plurium uerborum coiunctione fieri, poteſt.
ſingulis uerbis hoc modo. CLECHARI. Sed
cum ad ſupplicium ſumendum ſe confirmaret:

multa ſimul eũ revocabãt. officia. cõſuetudo: tempus. exiſtimatio: periculum; religio. quæ ſingula proprias eſſe cogitationes ad remouẽdum ſubiiciebant. Item. DEMECHARIS. Nam quis hæc ſimul uniuerſa perpeti posſit? timorem: morbum: ſenectutem: cõtumeliam: inopiam: uim. quaꝝ quæuis una res per ſe ſatis eſt grauis ad efficiendum. Sed in coniũctione plurium uerboꝝ huiuſmodi eſt. LICVRGI. Nemo enim nocens ſine ſummo mœrore eſt. iud. Sed multa ſimul eum perturbant. qđ adeſt ſolicitudinis plenum. quod futurum eſt formidoloſum. lex paratum ſupplicium oſtentans. uitia ex uitiis coacta. occaſionem arguẽdi maleficij captans inimicus. quæ quotidiano uehementer eius animum excruciant.

PARANOMASIA. Hoc aut addẽda: aut demẽda: aut mutãda: aut porrigẽda: aut cõtrahẽda lr̃a aut ſyllabá fieri cõſueuit. ideſt huiuſmodi. Non enim decet hominem genere nobilem uideri. Nam cum omnibus hominibus tũ maxime maximo cuiq; inconſtantia turpitudini eſt. Item ad huius ſceleratisſimi hæc opera qui fuit locus religioſisſimus: nimiꝝ quem traditam ſibi publicoꝝ cuſtodiam ſacrorum: non honoris ſed oneris eſſe exiſtimauit.

PARADIASTOLE. Hoc ſchema plures aut duas quæ uidentur unam uim habere diſiun-

git.& quantum diſtans doceat: ſuam cuiq; pro priam ſententiam ſubiungẽdo. YPERIDV. Nam cum cæterorum opinionem fallere cona ris: tu te te fruſtraris. non enim probas te pro aſtuto ſapientem intelligi: pro confidente for/tem: pro illiberali. diligentem rei familiaris: pro maliuolo ſeuerum. Nullum eſt enim uitiũ quo uirtutis laude gloriari poſſis. Hoc idem ſchema ſolet illuſtrius fieri: cum ratio propoſi to ſubiũgitur. Ideſt huiuſmodi. Quapropter nolo te ſæpius parcum parcum appellare cũ ſis auarus. Nam qui parcus eſt: utitur eo qđ ſatis eſt. Tu contra propter auaritiã quos plus habes magis eges. Ita non tam diligentiæ fru ctus quam inopiæ miſeria ſequitur.

ANACLASIS. Hoc ſchema fieri ſolet: cum id quod ab altero dictum eſt: non in eam men tem quæ intelligitur: ſed in aliam aut contra/riam excipitur. Huiuſmodi eſt uulgare illud proculeianum. ꝓculeius cum filium ſuum mo neret & hortaretur audacter ex bonis ipſi ſu/mere tam facere: quas in res uellet atq; opus eſ ſet. & tũ deniq; ſperaret libertatem licentiãq; utendi futuram: cum pater deceſſiſſet: cui ui/uo patre promiſſe omnia licerent: filius reſpõ diſſet non eſſe ſe opus ſæpe eadẽ oratione mo/neri. nec ſe patris mortem expectare. Cui pro culeius pater. Sufficit immo uero inquit ne

meam mortem expectes.nec properes molirĩ ut uelocius moriar: reſpondiſſe dicitur. Si aut qui ſapiunt imperare aut qui imperant ſapere diſcant. Itẽ THEOPHRASTVS. dicitur dixiſſe: prudentis eſſe officium: amicitiam approbatam appetere non appetitam probare. Item Ariſtoteles. dicitur dixiſſe eius eſſe uitam beatiſſimam: cuius & fortunæ ſapientia: & ſapientiæ fortuna ſuppeditet.

EPIBOLE. Hoc ſchema dupliciter fieri conſueuit. cum pluribus & diuerſis ſententiis: aut unum aut idem uerbum ſingulis præponitur: aut uarietas uerborum: quæ tamen eandẽ uim inter ſe habeat. ab uno uerbo ſæpius quæ proficiſcuntur ſunt huiuſmodi. LICVRGI. Nam cum iuuentus concitata temere arma caperet: & quietos theſſalos manu laceſſere conaretur: iure ego ſenatũ coegi auctoritate ſua comprimere adoleſcentium uiolẽtiam. Ego quæſtoribus ĩterminatus ſum ne ſumptũ ſtipendio præberent. Ego armamentario patefacto reſtiti atq; efferri arma prohibui. Itaq; unius opera mea non concitatum bellum non neceſſarium ſcitis. Item EGESIAE. Miſeremini mei. iud. quẽ coniurata tanta uis inimicorũ oppugnat. miſeremini ſolitudinis. cui nẽ in ſummo quidem tempore periculi liberos adhibere ad communem calamitatem decer/

nẽdam licitum eſt. miſeremini ſenectutis: quæ me etiam ſine cæteris malis grauiter defatigat. Varietas uerborum quæ eandem uim habet huiuſmodi eſt. DEMOSTENES. Dolui quirites ibi illum clandeſtinõ hoſtem impune intra murum uidi uagari: egre tuli quod dominij ueſtri facultatem unius fallacia tentatam intellexi. commouit me: quod in accipienda iniuria pleroſque lætitiam oſtentãtes cognoui.

EPIPHORA. Inter hoc ſchema & ſuperius hoc intereſt: quod in ſuperiore unum uerbum pluribus ſententijs anteponitur. In hoc autẽ omnium ſententiarum unum atq; idem nouiſſimum uerbum. SOSICRATIS. Non enim alius quis eſt cuius opera in has difficultates inciderimus. ſed initio ad bellum ſuſcipiendũ nos primum impulit Philippus. deinde in ipſo belli labore ac periculo deſeruit uos Philippus. nouiſſime nũc calamitati noſtræ atq; culpæ ſuccenſuit idem Philippus.

KINOTES. Hoc duorum ſuperiorum ſchematum coniunctionem habet. quod & ab uno uerbo omnes ſententiæ incipiunt: & in uno nouiſſime acquieſcunt. STRATOCLEVS. Quæritis nouam rationem adminiſtrandæ Reipu. at reperire meliorem quam a maioribus accepiſtis non poteſtis. Quæritis ma

ximus ſumptibus faciendis quem ne tributa conferatis. A conſilijs captas ærarij opes quas cupitis augere non poteſtis. Quæritis quem admodum ſcelere contaminatis hominibus parcatis. At ignoſcendo nocentibus: innocentium ſalutem cuſtodire non poteſtis.

POLYPTOTON. Hoc ſchema ſolet compluꝛes ſententias alio atq; alio modo ut pronunꝛcientur efferre. CLEOCHARIS. Nam uehementer admiror lacædæmonij ſi præter hunc quempiam exiſtimatus eſſet: cui ob has cauſas iure ſuccenſere debeatis. Hic eſt enim qui nobis imploratam ſpem uictoriæ eſt pollicitus. Hunc uos non ſolum in conſilio dando cæteris antepoſuiſtis. ſed etiam in conficiendo negotio principem præfeciſtis. Huic omniũ noſtrum fortunas uniuerſi cõmiſiſtis. Ab hoc igitur uno priſtinæ pollicitationis rerumq; geſtarum repoſcere debetis. Item. CHARISIVS Pater hic tuus nunc deniq; eſt: ut ægeſtatem tuam debere alere uideatur. patrem nũc appellas: quẽ prius egentem auxilio tuo ut alienum deſeruiſti. pater tu filius es ad potiũdas opes: cuius ad ſenectutem uiolandam crudeliſsimus hoſtis fuiſti. Nimirum nullo conſilio filios procreamus. nam maiorem partem ex illis doloris & contumeliæ capimus.

EPANALEPSIS. Hoc ſchema fieri ſolet cũ

id quod dictum ſemel eſt: quo gravius ſit iteratur. Id interdum fit uno uerbo: interdũ pluriũ uerboꝝ coniunctione. uerbum ſic iteratur.

PYTHIAE. Quid contra tot res iamq; euidentes dicere potes: demoſthenes: cognitum enim eſt: rempu. uenalem habuiſſe cognitam. Item AEGESIAE. Sed inſtigabat multitudinis animum ad bellum inferendum concitatus iracundia furor. furor inquam non ratio ſine qua nihil unq̃ populus ex ſententia geſſit. Sed plurium uerborum iteratio eſt eiuſmodi. At ego in his erumpnis amicis ſum ſpoliatus omnibus. iud. qui non quod me odiſſent ſed quod inimicorum factionem ꝑtimuiſſent: me in malis deſeruerunt.

DIAPHORA. Hoc ſchema cum uerbum iteratum aliam ſententiam ſignificat ac ſignificauit. primo dictũ eſt. Ideſt huiuſmodi. Hũc tu frater eiuſdẽ ſanguinis particeps in hac fortuna deſerere potuiſti: cuius erumpnæ quãuis enim extrariorum hominem modo hominem cõmouere poſſent. Itẽ uniuerſum: mulierem quid potius dicam aut uerius quã mulierem.

EPIPLOCE. In hoc ex prima ſententia ſecunda oritur: ex ſecunda tertia. atq; ita deinceps complures. nam quemadmodum catenã multi inter ſe circuli coniuncti uinciunt: ſic huius ſchematis utilitatem complures ſententiæ

inter ſe connexæ continentur. LYSIAE. *Cõ-ſtat igitur. iud. Simonem domo ſua ab ſuis dijs penatibus ui cum ſumma iniuria eſſe ex-turbatum.* Nam *cheremenes cum homini-bus armatis ad eum uenit. cum ueniſſet: ſine ulla religione domum eius expugnauit.* Ex-*pugnata ui domo: familiam abſtrahit. abſtra-ctam: tormentis omnibus excruciauit. crucia-tam uinxit. uinctam in publicum proiecit præ-do ne ſuum maleficium tacitum lateret. Sed cum prætereuntes proſtratam familiam uide-rent: & ab his rem geſtam audirent: ſimul & oculis & auribus ſcelus illius uſurparent.* Itẽ LICVRGV. *At mihi mirum uidetur quod tam excelſum boni gradum: homo ſummi la-boris excederit. Nam cui præſto eſt tua uo-luntas induſtrius ſit neceſſe eſt. induſtriam ue-ro: ſcientia conſequitur. ex ſcientia. copia & facultas ingenij naſcitur. ex qua facultate ue-ra & facile felicitas laudis oritur. neq; enim tenere diligens ſtudium uirtutis fructus for-tunæ fallit.*

POLISINTHETON. *Hoc ſchema efficitur: cum ſententiæ multorum articulorum conue-nienti copia continentur.* PYTHIV. *Ille hũc pœna conſtrictum trahebat. hic autem uocife-rabatur. concurſus uero non mediocris: cum tamen omnis opitulari uellent: ſed nemo au-*

deret. neque ibi magiſtratus aderat: nec cir/ cunſpicientes quo potiſſimum confugeremus reperiebamus. ſed uno tempore nos & præ ſens & futurum malum perturbabat. Nam præſens tempus acerbitatis erat plenum? re/ liquum uero timoris. Item. DIARCHY. *Partim noſtri ſilebant: partim autem ingen/ tem clamorem excitabant. At hi ſocij præ/ clara noſtra auxilia neutrum poterant. ne/ que enim conſtanti ſilentio: neque forti cla/ more ſtrenue quid agerent conabantur. Huc accedebat ignauus tubæ ſtrepitus. qui nihil eorum mentes ad uirtutem exigebat.*

DIALISIS. *Hoc ſchema contrarium eſt ſu/ periori. Nam demptis omnibus articulis: ſen tentiæ diuiſæ pronunciantur.* DAPHNIS. *Quid autem me conuenit facere? byzantij ſubire publicæ cauſæ iudicium: magno no/ mini aduerſariorum fortiter reſiſtere: non uereri periculum diligenter poſteritatis cre/ ſcere. non minas extimeſcere. conſtanter in cauſa pro uobis perſeuerare. omnia fie/ ri. ueſtrum commune commodum ſpectans: tamen non deſunt qui ex tantis meis officijs aliquid uelint uituperare. Item.* LYSIAE. *Omnibus in rebus ſuam confidentiam oſten/ tabat: debitum petebamus non diſſolue/ bat. minabamur contemnebat. Lex nihil ua/*

lebat. magiſtratus negligebat: uenit hoc ta/
men nobis nouisſime tempus uldſcẽdi.

METANOIA. Hoc ſchema fieri ſolet: cum
ipſe qui loquitur rep̃hendit. & id quod prius
dixit poſteriore ſententia cõmutat. ita uti fa/
cit Demoſthenes. Nũc quoniã de me ut uolui
cognoſtis: iudicium per ipſius uitia conſtituã.
Nam dum opus eſt: parẽtes appellat: quos ſci
tis non ignotos fuiſſe. ſed ut huiuſmodi omnes
hos execrarentur. Sed hoc bonus uir grandis
natu atq; ſerio: ſero loquar: immo uero nup:
atq; hic paucis diebus ſimul ẽ Athenienſis &
eloquens eſt factus. Item. At hic omnium ſce
leratiſſimus: nouo more atq; exemplo: alieni
facinoris uindex: ipſe confidentiſſime non cri/
minibus: ſed armis reum faceſſere conatus. Co
natus. nimium remiſſe loquor. Nam qui tan/
tam cædem perfecerit: huiuſmodi inceptum
dũtaxat arguere. pene maleficii largitionem
eſt facere.

PARENTHESIS. Cum in continenti ſentẽ/
tia aliquid interponitur: quod neq; eius ſit ſen
tentiæ. neq; omnino alienum ab ea ſententia:
tum deniq; hoc ſchema efficitur. ſed periculoſe
ponitur. Nam aut mire inceptum: aut uehe/
mẽter iucundum auribus accedere conſueuit.
DEMOSTHENES. Nos ſcilicet oẽs ut fit
fere repẽtino nuncio perturbati obſtupuimus.

Adimantus autem ſolus. nam eſt homo multũ uehemens in repu. cõmodi ſatis liber : magno clamore efflagitabat ut ſenatus haberetur. & prout tempus poſtulabat celeriter quod opus eſſet conſtitueretur eiuſdem audieram appropinquare. tum ſtatim magiſtratum certiorem fieri. uos dij immortales quoq; in templo geſtũ teſtificor: illi neglexerunt. & rem tantam differre maluerunt. cum interea ſubito portas hoſtis obſedit.

MERISMOS. Hoc ſchema ſingulas res ſeparatim diſponendo: & ſuum cuiq; proprium tribuẽdo: magnam efficere utilitatem & illuſtrẽ conſueuit. LICVRGI. Cuius omnes corporis partes ad nequitiam ſunt appoſitiſſimæ. Oculi ad petulantem laſciuiam. manus ad rapinam. uenter ad auiditatẽm. uirilis naturæ membra quæ poſſumus honeſte appellare : ad omne genus corruptelæ. pes ad fugam. prorſus ut aut ex hoc uitia: aut ipſe ex uitiis ortus uideatur. Item. ARISTOTELIS. Alexandro enim Macedoni. neq; in deliberando conſilium: neq; in prœliando uirtus. neq; in beneficio benignitas deerat. ſed duntaxat in ſupplicio crudelitas. nam cum aliqua res dubia accidiſſet apparebat ſapientiſſimus. cum autẽ confligendum eſſet cum hoſtibus: fortiſſimus. cũ uero pmium dignis tribuẽdũ. liberaliſſimus.

At cum animaduertendum. clemẽtiſſimus.

PAROMOLOGIA. Hoc fit cũ aliquo tres aduerſarios concedimus. deinde aliquid inferimus quod aut maius ſit quam ſuperiora: aut etiam omnia quæ poſuimus infirmet. HYPERIDV. Sume hoc a iudicibus noſtra uoluntate neminem illi propriorem cognatum quam te fuiſſe concedimus. officia tua in illum nonnulla extitiſſe. ſtipendia uos una feciſſe aliquamdiu nemo negat. Sed quid contra teſtamentum dicis in quo ſcriptus hic eſt. Item eiuſdem. Quid a me ſæpius his uerbis de medio officio requiris? Scripſiſti ut ſeruis libertas detur. ſcripſiſti ne liberi ſeruitutem experirentur. ſcripſiſti ut exules reſtituerentur. ſcripſiſti ut ne quis exilio afficeretur. Leges igitur quæ prohibebant hæc nõ negligebas. non poteram propterea: quod litteris earum arma macædonum oppoſita obſiſtebant.

ANANEKION. Hoc ſchema tunc prodeſt atq; omnis eius utilitas in eo eſt: cum uolumus oſtendere: neceſſitudinem aut naturæ: aut temporis: aut alicuius perſonæ: quemadmodum fecit. MYRON. Amicus meus fuit cremonides: & opinione omnium magis familiaris: & pro ſalute eius quæcunque potui feci. Sed poſtea quam maior uis legis: no

ſtrum auxilium ab illius periculo remouit[illegible] lamitatis ac luctus eius particeps eram. Nã opitulandi facultas omnis erepta iam fuerat. Item. DEMOCHARIS. *Nihil enim ualebat aſſidua pro fratre ac miſericors deprecatio cum indicaret* Tyrannus*: cuius crudelitas omnem naturæ neceſſitudinem extinguebat.*

ETHOPOYIA. LVSIV. *Rure rediẽs. iud. homo maior natu magno clamore uix ſufferens uiæ moleſtiam. tamen his uerbis egomet me conſolor. ferri fortiter demũ laborem. Iam breui domum ueniens expectatus excipiet te defatigatum diligens atque amans uxor: ea ſedulo ac blande præminiſtrando detrahit languorem. & ſimul ſeniles nutriendo recuperabit uires.* Hæc *me in itinere recogitatio prope confectum confirmabat.* Poſtea *uero cum domum ueni: nihil earum rerum inueni. ſed potius bellum inteſtinum ab uxore contra me comparatum.* Itẽ. DEMOSTHENES. *At mediusfidius. iud. ego ſic arbitrabar: filiũ ad parentem disſoluto uultu uenturum. lachrymis patrium ſinum oppleturum: ſupplicem præcari: obſecraturum blanditia ſua quod petiſſet a patris mollitie impetraturum. Sed hic longe aliter atque hic incredibili confidentia ar-*

mutus ad patrem aduolauit ſicut hoſtis. atq; initium ſermonis cum iurgio ſumpſit.

SCHEMATA LEXEOS DE LIBRO. II.

METABASIS. *Hoc duobus modis fieri ſolet. ex quibus unum genus eſt eiuſmodi: cum ab ea ſententia quam propoſuimus: conuertimus ad aliquam perſonam. aut rem. aut fortunam: & tanquam præſentem appellamus ita ut is fecit.* MYRON. *Hæc mulier nuper fuit locuples & potens in amore atq; delitijs neceſſariorũ. ornatus eius opibus abundabat. magnus ancillarum quo ſequebantur comitatus appellabatur. Nunc cõtra ſubito & graui caſu afflicta uix mediocris ancillulæ dignitatem retinet. O fortuna q̃ uehementer te rerum uarietas oblectat? & quã magno odio eſt tibi beatæ uitæ ꝑpetuus & cõſtans fructus? Alterum genus id quod demonſtrare inſtituimus: cum ad aliam rem & orationem atq; actionem noſtrã reuocamus.* DEMOSTENES. *Sed nimirum inopinans incidi in cauſam temporis huius alienam de qua poſterius huic dicendum. quapropter ad illud quod paulo prius agendum reuertor.*

ALYOSIS. *In hoc ſchemate: diuiſio & ſeparatio eſt perſonarum aut rerꝫ & demonſtratio*

quantum

quantum interſit. HEGESIAE. *Diuerſa ſtu/*
dia, aduleſcentium animum aduerteramus. ta
metſi fratres erãt uno atq; eodem ſanguine or
ti. Alter in ſtudio laudis uerſabatur & indu/
ſtria uirtutis uitam glorioſam ſed laborioſam
ſequebatur. Alter in augenda pecunia occu/
patus & habendi cupiditate deprauatus: ſum
mas diuitias ſummam uirtutem exiſtimabat.
Hic nimirum magis erat laborioſus qui labo
rem condendi nõ utendi cauſa ſuſcipiebat. Itẽ
HYPERIDV. *Nõ enim ſimile eſt uiuere in*
æqua ciuitate ubi ius legibus uallat: & deue/
nire ſub unius tyranni imperium: ubi ſingula
ris libido dominetur. Sed neceſſe eſt aut legi/
bus fretum meminiſſe libertatis: aut unius po
teſtati traditũ q̃tidianã cõmẽtare ſeruitutẽ.
DIKEOLOGIA. *Hoc fieri ſolet cum æqui/*
tatem cauſæ quam maxime breui ſententia
complectimur. Ideſt eiuſmodi. Quod ſi me re
prehendis cum homo aduleſcens lapſus ſim:
uehementer erras. quicquid naturæ ualeat
& in uno arbitraris uindicanda. acerbuſq; ini
quus es quicquid æqualiter ab omnibus putes
ignoſcendum uni imputans. Item. LYSIV.
Nã ego huic iud. q̃cquid ad ſuperius tẽpus at
tinet nihil ſuccenſeo. nihil enim deliquiſſe co/
gnoui. ſed in hoc nouiſſimo facto cum plenum
malitiæ perfidiæq; inuenirem: merito reprehẽ

dere atq; odiſſe cœpi. Q ueritis fortaſſe quid acciderit cauſæ quamobrem eundem & laudem & uituperationem. quod idem commutata uoluntate non eſt qui fuerat. neq; idem nūc de ſe audire debet quod prius conſuerat: cum ſine noxa ſe gerebat. non arbitratus ē igitur rurſus eum reuerſurum officio: atq; amicum tibi futurum. quomodo quēnam tantum facinus in me admiſiſſe: ut reliquum tempus neque beneficio locum: neque beniuolentiæ ſpem relinqueret.

PROLEMPSIS. *Hoc eſt cum id quod aut in aduerſarij cauſa aut in iudicis opinione eſſe aut fore arbitramur: contrarium nobis præoccupamus dicere & cum ratione diſſoluere.* DEMOSTHENES. *Atq; ego illum. iud. arbitror Lycurgum laudatorem producturum ſcilicet quis ſit teſtis eius pudori ac probitati. Sed ego Lycurgum uobis præſentibus hoc unum interrogabo: uelit ne ſe ſimilem eſſe illius factis & moribus. quod ſi negarit: ſatisfactum uobis eſſe de ueritate noſtra debebit.* LYSIAS. *Hac oratione ſæpius apud me utebatur. & orabat ut ſuarum erumnarum miſererer. inopiæ ſubuenirem. Q uid multa? Commotus humanitatis p̄cibus deprecantis: quod petebat dedi ſolus ſoli: quo minus nota calamitas hominis eſſet. Sed ut paratus ueniſſe*

uidebatur: iam ſe negabit accepiſſe, & flens nobis ſupplicabit: ut ſe a calumniatoribus eripiatis. Vos autem cum ſe agentem uideritis, facitote ut ꝗ illius & mei memineritis.

ORISMOS. Hoc fit. cum diffinimus aliquã rem noſtræ cauſæ ad utilitatem: neq; tamen contra cõmunem opinionem. Ideſt eiuſmodi. Nam uirtutis labor uera uoluptatis exercitatio eſt. Sed fieri ſolet hoc ſchema nonnunquã ratione ſuppoſita. ꝗ tum deniq; magis illuſtratur: ita ut fecit diues auarus. In uilla ædẽ fecit fortunæ. crimẽ arguitur. temeritate illius q̃ tã locupletis copias dederit ei q, odiſſet uti.

PROSOPOPIIA. Hoc fit cũ perſonas in rebus conſtituimus q̃ ſine perſonis ſunt, aut eorum hoĩum q fuerũt tanq̃ uiuorum ꝗ p̃ſentium actionem, ſermonẽ ue deformamus. ideſt eiuſmodi. Nã cum crudelitatis mr̃ eſt auaritia: eſt pr̃ furor. huic facinori cõiuncta parit odium. Inde itẽ naſcitur exitiũ. Hoc genere uſi ſunt poetæ qui fabulas ſcripſerunt in ꝓlogis. nam humana figura produxerunt perſonas q̃ in ueritate artis & uoluntatis ſunt nõ perſonæ. Alterum genus eſt ita ut fecit Hyperides cũ de aduleſcente impudico diceret. Quid ſi tandem. iud. hanc cãm ageremus? Atq ita diuiſit muliebrẽ perſonã ut ſuũ cuiq; opus atq; officiũ diſtribueret. Ego hunc oſtenderẽ tui liberi ritu eſſe ſuo

corpore ad luſum: nonne uehementiſſime ad/ mirare tur: ſi quiſquam non gratiſſimum mu/ nus arbitraretur uirum ſe natum ſe deprauato naturæ beneficio in mulierē conuertere p/ peraſſe. Item. CHARISIVS. Exiſtimate quæſo. remp. hic adeſſe. & pro ueſtra liberta/ te ſupplicem uobis accedere. ſimul & liberos ueſtros: matresfamilias amplexā tenere: pa/ rentes noſtros ætate confectos ad ſe applica/ re: redigere uos in memoriam qualem ſe a ma iori bus acceperitis. obſecrare ſacris ac delu/ bris deorum immortalium pro parentum mo nimentis: pro uobis ipſis & ſalute ueſtra. Hæc ſi præſens agit ut dixi. reſpu. quid animi eſtis habituri quæro.

CHRETERISMOS. Quemadmodum pi/ ctor coloribus figuras deſcribit: ſic orator hoc ſchemate aut uitas aut uirtutes eorum de qui bus loquitur: deformat. LYCONI. Quid in hoc arbitrer bonæ ſpei reliquum reſidere qui omne uitæ tempus una ac deſperatiſſima con/ ſuetudine produdt? Nam ſimul atq; ex priori/ bus diei nimia cibi ac uini ſatietate uia meri/ diano tempore plenus crapula eſt. exprectus primum oculis mero madidis humore obceca tis: uiſu grauidis lucem conſtanter intueri nō poteſt. Deinde confectis uiribus: utpote cuius uenæ non ſanguine ſed uino ſunt repletæ ſe ip

ſe erigere nō ualet. Tandem duobus innixus languidus qui cubando ſit defatigatus: tunicatus ſine pallio: ſoleatus præ lectulo palliolo frigus a capite defendens. flexa ceruice: ſummiſſis genibus: colore exangui: protinus ex cubiculari lectulo excitatus in triclinium trahitur. ibi præſto ſunt quotidiani pauci: eodem ſtudio excitati cōuiuæ. Hic uero princeps paulum illud reliquum quod habet menti ac ſenſu poculis extrudere ex ea feſtinat. bibendo prouocat: laceſſit ſicut in hoſtium prœlio quāplurimos ſuperarat atq; affixerat: ampliſſimam ſibi uictoriam paratam exiſtimans. Interea procedit ſimul & illud tempus & potio. oculi uinum lachrymantes caligant. ebrioſum ipſi uix ebrij cognoſcunt. Alius ſine cauſa iurgio proximum laceſſit. alius ſomno deditus ui cogitur uigilare. alius rixari parat. Alium turbas uitantem ac domum reuerti cupientē retinet ianitor. pulſat. exire prohibet domum interdictam demonſtrans. Itē alium contumelioſe extra ianuam eiectum uacillāter puer ſuſtentat. ac ducit pallium per lutum trahentē. Nouiſſime ſolus in triclinio relictus nō prius poculum ex manibus emittit quā ſomnus oppreſſit bibentem. ac diſſolutis artubus ipſum poculū ſuapte natura dormienti excidit.

BRACHYAPA. Hoc fieri ſolet: cum orator

breuitate ſententiæ præcedit auditoris expe/ ctationem. LYSIV. *Quæres a me quo iure obtinere poſſim, quo iure mihi polienus reli/ quit. prætor dedit poſſeſſionem, leges me de/ fendunt. ad te non pertinent. Hi ueritate ſe/ quãtur. Item eiuſdem. Sed nos æquum eſt uo/ luntatem diſpicere. nam conſilio ualuit. fortu na lapſus eſt. homo fuit. fatetur cõcedendũ nõ nomina poſſe. hoc enim deorũ eſt ꝓprium.*

SYNCIKEVOSIS. *Hoc ſchema docet diuer ſas res coniungere & cõmuni opinione cũ ra/ tione aduerſari. & habet magnam uim uel ex laude uitium, uel ex uitio laudem exprimen/ di.* HYPOERIDV. *Nam hominis auari at/ que aſoti unum atq; idem uitium eſt.* V*terq; enim neſcit uti. atq; utrique pecunia dedecori eſt, quare merito utriq; pari pena afficiuntur quos pariter non decet habere. Item.* LY/ SIV. *Quapropter pergam in multos largi/ tionem abſtinentiæ teſtimonium non credide ris. multo enim confidentius hoc genus homi num furatur. Nam quo maius eget ad ſum/ ptum ambitionis, audacius facit rapinam. ut huic ipſi ambitioni copia ſuppeditare poſſit. Item.* DEMOSTHENES. *Cum ei quidam obieciſſet, matre ſcyta natum: reſpondit. Nõ miraris igitur quod ſcytha matre barbara natus: tam bonus & clemens euaſerit. Item*

eiuſdem. At ego hunc ꝓpterea malum eſſe exiſtimo: quia nimium ſe gerit ſeuerum. Nanq; ex hominibus humanitatem atq; miſericordiam tollere maximum ſignum malitiæ uidetur. Ego contra deos precor. nanq; huiuſmodi ciuem habemus qui ad ſupplicium ſumendũ in omnes partes ſit inexorabilis.

APORIA. *Hoc ſchema efficitur: cum quærimus quid aut quemadmodum pro rei dignitate dicimus. nec reperire nos oſtendimus.* LYSIV. *Nec iam rationem inuenimus qua flecti poſſe ſperemus. Ita nos omnibus modis tẽtatos acerba ac nimium tua facultas affliget. Item.* EGESIAE. *Non hæc eſt ut uulgari uerbo appellatur calamitas. Quid igitur. quod ꝓprium imponam neſcio. niſi illud unũ: tantam eſſe erumnæ magnitudinem ut omnẽ fortunæ ſuperbiſſimam crudelitatem ingenij miſeria ſuperarit.*

PARASIOPESIS. *Hoc eſt cũ aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intellgitur, & hoc utendum eſt cum aut notam rẽ eſſe auditoribus arbitramur, aut ſuſpicionem excitare maiorem reticendo poſſumus.* LYCVRGI. *In præſentia. iud. iniuſſu populi quæ improbiſſime geſſerit reticebo. de falſis eius litteris quas ad ſenatum miſerit. nihil dicam. illi ſæpe interminati ſitis omittam.*

nam & hæc nobis nota ſunt. & quæ nouiſſi-me multo indigniora cõmiſit quãprimum co-gnoſcenda. HYPERIDV. Cogis me iniuriæ tuæ cauſam proferre. nihil agas non dicam: ſed ipſum tempus eam patefaciet.

PAROMOEON. Hoc ſchema & omoeote-leuton. & omoeoptoton fere non multum inter ſe diſtant. tamen quid interſint: ex unius cu-iuſq; ſuppoſita ſententia cognoſcere poteris: & multo diligentius ex græco gorgiæ libro ubi pluribus uniuſcuiuſq; ratio redditur. ſed hoc paromoeon. uerborũ efficit ſimilitudinem ita uti hoc eſt. Nam diſputandi aut ſuadendi eſt aliud idoneum tempus. cum quidem ad-uerſarius armatus præſto eſt. reſiſtendum eſt huic non uerbis ſed armis.

OMOEORTOTON. Hoc in duobus uerbis eundem habet caſum: aut eandem nouiſſimam ſyllabam. Ideſt huiuſmodi. In rebus aduer-ſis cum præſto eſt conſilium non poteſt deeſſe auxilium. Item. SOSICRATIS. Nam qui ſecundis rebus libenter aſſentiuntur: idẽ ſimu lac ſe fortuna cõtriſtauerit: primi iſidiãtur.

OMOEOTELEVTON. Hoc minus euidens eſt quam ſuperius. & minorem affert auribus iucunditatem. Nam neq; tam paria duo uer-ba ſunt. neq; eundem habent caſum & ſonum nouis quam græci proſodiam appellant. Ideſt

eiuſmodi. Nam reſpu. noſtra ad hunc ſtatum gloriæ peruenit: non multitudine hominum: ſed ſeueritate legum.

ISOCOLON. Hoc autem duabus aut pluribus ſententijs breuibus. & inter ſe paribus exigitur. ita uti hoc eſt. Nequaquam mihi eſt quãuis multa poſſideat. qui neq; finem habet cupiendi. neq; modum ſtatuit utendi. Nã & multum deſiderare: ægentis eſt ſignum: & nihil parcere ægeſtatis eſt initium. Seorſum eſt beneficium dare libenter: iniuriam facere nolle. Nã dando beneficium exẽplo beniuolẽtiã: nõ faciendo iniuriã dũtaxat. odiũ uitamus.

ANTITHETON. Hoc pluribus moribus fieri ſolet. & habet in omni genere oratiõis ſummam utilitatem. quare ſeparatim demonſtrãdum eſt. de uno quoq; genere eius. Vnum eſt cum contrariæ res inter ſe conferuntur. CHARISIVS. Alter eorum erat in dãdo benignus: alter erat in accipiendo aſtutus. hunc omnes conquirebant ne ab eo uiderẽtur. huius enim pudor erat omnibus iucundus: illius autẽ impudentia ipſi ſuauis: cæteris amara. hoc idem fieri poteſt in una perſona ita uti fecit dinarchus. cum ipſe de ſe diceret. Olim in adoleſcẽtia ſedulo omnem gloriam ſectabar. at nunc in ſenectute ſummum me ambitionum inuaſit odium, tunc facile multis opitulabar. nunc iã

me ipſum tueri uix poſſum. Tum mihi beatiſſimus uidebar ſi quampluribus benigne feciſſem. Nunc *contra uereor nequid mihi deſit ad neceſſarium ætatis meæ cultum. Tunc ego ipſe pro* Repub. *fortiter arma capiebam. nũc præter quam laudare eos qui* Rempu. *armati defendunt nihil ualeo.* Eſt *autem genus huius quod in eadem ſententia priori uerbo cõtrarium, quod eſt infert & coniungi ſolet.* HYSIDORIS. *Nam ille ſtultitia aut furore impulſus tam graues labores fruſtra ſubibit: ſed exacerbitate laboris iucundos uoluptatis fructus ſibi parabit.* Aliud *eſt item quod ſuperiori infert, ſed conſequenter. ita uti fecit* Demetrius Phalerius. Nobis *primum* Dij *immortales fruges dederunt, nos quod ſoli accepimus: per omnes terras diſtribuimus. nobis maiores noſtri* Rempub. *reliquerunt. nos etiam ſocios noſtros de ſeruitute eripuimus. Itaq; & ampliſſimus nobis honos ab omnibus habetur. & propter huius honoris dignitatem ſuperbiæ noſtræ nemo ueſtigium experitur.*

EPITROPE. *Hoc fieri ſolet cum alicui rei uehementer confidimus. & noſtro iure iudicib9 largimur. ut quemadmodum uidetur illis cõſtituant: atq; eo pareamus.* HYPERIDV. *Sed ego iam. ind. ſumũ ac legitimum qđ ex*

poſui meæ cauſæ ius omitto. nobis quod æqſſimum uideatur: ut cōſtituatis permitto. Non enim uereor qn etiam ſit nouum uobis inſtituēdum libenter id quod poſtulo ꝑpter utilitatē, cōmunis conſuetudinis ſequamini.

PARRESIA. Fere contrarium eſt hoc ſuperiori. nā in hoc uehementer cum iudice agendum eſt. & uitiū aut erratum eius audacter coram eo reprehendēdum. Sed diligēter hoc uerēdum & raro aſſimulādum eſt inuitos neceſſario dicere, ne magis cōfidētia q̃ dolore excitati uideamur, atq; ita nō fides ſed odiū iudicū conſequatur. DEMOSTHENES. Sed ego liberā uocem ueritatis apud uos omittā. nō inq̃ nec reticebo qđ ſalus cōis dicit, flagitat uſa opera. Q uir. in tanto reſp. piculo eſt. Vos. n. defendere defeciſtis temere oībus credēdo, & quoꝝ ignauiſſima ſunt cōſilia: eoꝝ ſentētias utiliſſimas exiſtimādo. Itē. LICVRGI. Sed uos iud. uos hæc facere debetis. Nā cū in ſentētijs ferūdis nocētibus remiſſe paratis uos in foꝝ ſtudiū ad ſpectādum excitatis.

ETHYMOLOGIA. Hoc ſchema efficitur rōne breui & ſentētioſa, ita ut qđ dubiū eſt uiſum ad certā fidem adduci uideatur. qđ nobis qrites inſuadēdo aſſentiūtur, uos fallere poſſunt. Nam dictum ad uolūtatem auditoris obſcuratum erat q̃ſtione utilitatis, ſed ab ijs q ſuadēt

quod nobis iucundum eſt decipi non poteſtis. non enim ſententias ueſtras ualent commutare: niſi nobis euidens bonum ſui conſilij patefecerint. Item eius. Et ſi acerbum uobis quod dicturus ſum: uidebitur. tamen æquo animo audiendum eſt. Nam fore uerum conſilium quod initio auditu graue eſt: impoſterum cognita utilitate fit iucundum.

TAXIS. Hoc fit cum unaquæq; res nouiſſimorum uerborum ſententia clare diſtinguitur. STRATOCLES. Nam uehementer eorum uitijs inuehi non licebat. reticere omnino non expediebat. ſuſpitioſe loqui potiſſimũ placebat. Itẽ. THIMACHI. Itaq; ut familiares uidebantur. hos neceſſitudine opitulandi aſtrinxit. hoſque ignotos iuxta beniuolentiæ cauſa inlexit.

P. RVTILII LVPI SCHEMATA DIANOEAS EX GRAECO GORGIA VORSA EXPLICIT.

RHETORICOS. Petis longioris moræ ac diligentiæ quam pro anguſtijs temporis quo me profectio urget. ideoq; poſtea plenum hoc tibi munus reddem⁹. In p̄ſenti autē nomina ipſarum figurarum cum exemplis percurriſſe ſufficiat. tantum præloquutus quo maximus orator ab oratore differat unū aut hoc certe eſſe præcipuum. figuras ſententiarum. atq; eloquutionum. Nam inuentio rerum cum acutis hominibus quos tamen oratores nondum appellare poſſis communis eſt illorum uerborum latinorum ſcientia & uſu uel grammaticus ſibi uindicare. Illi quoq; mores qui tropi nominantur: ab eadem hac arte: ideſt grammatica non minus diligenter ſunt cogniti quā ab oratore: ſi quatenus cuiq; generi materiæ adhibere eos debeat orator melius intelligit. Figurandarum ſententiarum & eloquutionū proprium oratoris munus eſt. Hoc enim genere & parua extollit: & anguſta dilatat. & cū celeritate tam ornatum pleriſq; & uim & pōdus uerbis ac ſententijs. ad permouendos quidem animos auditoris aut iudicis: nihil æquale eſt. quod ſic facillime intelligitur: ſi quæ ſunt figurate enunciata apud magnos oratores;

detractis figuris eloqui uelis. Inuenientur enim nequaquã dignitatẽ, aut uim ſandi retinentia. Sed figurarum ſicut ſupra diximus, aliæ ſunt ſententiarum quæ dinoeas ſchemata appllant: aliæ eloquutionis, q̃ lex eos ſchemata uocantur. Percurramus igitur ſententiarum figuras. naturæ eſt enim prius ſentire q̃ eloqui.

PRODIORTHOSIS. Præcedens correctio. Hæc figura ubi aliquid neceſſarium dictu & inſuaue audientibus: aut odioſum nobis dicturi ſumus præmunit. Exemplum apud Ciceronem frequens. Quanquam ſentio quanta hoc cum offenſione dicturus ſim. dicendum eſt. Tale. pro. Gallio. de conuiuio luxurioſo: ut clamor: ut conuitium mulierum, ut Symphoniæ cantus. Videbat mihi uidere alios intrantes, alios autem exeuntes: partim ex uino uacillantes, partim heſterna potione oſcitantes. Verſabatur inter hos Gallius unguentis oblitus: redimitus coronis. humus erat lutulenta uino. coronis languidulis & ſpinis cooperta piſcium. Quod ſi hoc ipſum eſſe aliqui diatipoſim. Hoc eſt deſcriptionem uolũt, intelligant nos non de uniuerſo loco, ſed de executione ſingularum rerum loqui quas ita perſequutus eſt ut etiam minima quæque demonſtraret.

PROSOPOPEIIA. *Eſt perſonæ confictio. hæc figura plurimum in ſe continet dignitatis cum* Rempu.*ipſam loquentem īducimus. aut defunctos aliquos quaſi excitamus ab inferis.& in conſpectu iudicis collocantes oratione hos circundamus. Talis eſt illa. pro. cælij appij* Ceci *perſona inducta contra* Clo*diam ita dicens. Mulier quid tibi cum Cælio, quid cum adulēſcentulo, quid cum alieno? Sæpe enim quæ noſtra pſona dicentes uix ferant iudices: ſuppoſita dignitate perſonæ: liberius dici & conuenientius poterunt.*

ETHOPEIA. *Moralis confictio, hæc figura differt a ſuperiore eo qđ ibi & perſonas fingimus q̄ nuſquam ſunt. hic certis quibuſdā uel pſonis uerba accomodate affingimus. uel ad īprobitatem eaꝝ demōſtrādum uel ad dignitatē. Tale eſt illud ꝑ* Quintio. *Qđ Sextus neuius ridet nr̄am amētiam ſcilicet: cū ab eo officia boni uiri deſideramus. & quēadmodū natus inquit: & quēadmodum educatus ſum memini. Vetus eſt de ſcurra diuitem facilius quā patrem familias fieri poſſe &c.*

APOSIOPESIS. *Reticentia cum intra nos ſupprimimus ea quæ dicturi uidemur. qđ aut turpia aut inuidioſa: aut alioquin nobis grauia dicturi ſunt, ut eſt* Demoſthenicum *illud* Prohœmium. Non *pari ego & aduer-*

ſarius periculo ad iudicium uenimus. ſed mi/
hi quidem nolo quicquam initio dicendi omi/
noſius proloqui. Interdum etiam utimur hac
figura quaſi ad alias ꝑperemus. Tale eſt. Vir
gilianum illud. Quos ego. ſed motos præſtat
componere fluctus.

EPITROCASMOS. Percuſſio. hæc rurſum figura differt a coaceruatione. quod cum illa res uniuerſas pluresue in eundem locum con/fert. Hæc diſtantia plura inter ſe percurrens: uelocitate ipſa circumponit. ut ſi uelis dicere. Cæſar in italiam euolauit confinium dimidio delectam cœperat. urbe potiebatur; Pompe/ium perſequebatur.

IRONIAS. Simulatio frequentiſſima apud oratores. ubi figura; aliud uerbis ſignifica/mus: aliud re ſentimus a quo genere figuræ probœmium. pro Ligario ſumptum eſt. No/uum crimen. Ca. Cæſar. & ante hunc diem inauditum & cætera.

PARALEMPSIS. Præteritio frequēs eſt hu ius figuræ uſus. ubi quaſi prætermittentes q̄/dam: nihilominus dicimus. ſicut. pro Milone. tota illa quæſtio inducta eſt qua docet. e rep. occidi clodium. Quod ſi non poſſem inquit di luere crimen ut dilui: tamen glorioſe hæc p̄/dicere miloni liceret. Item de domo ſua con/tra clodium. Vides ne non radicitus euellere

totum

totum tribunatum tuum, & cætera iquit quæ prætermittere ſe ait: nihilominus dicit. Vtemur autem hoc adiumento in ijs quæ infirma uel iuidioſa nobis futura ſũt: ſi directo dicãtur.

APOSTROPHE. *Aduerſatio. neceſſaria plerunq; figura: ubi quæ ad alios dicta uolumus: ad alios dicere uidemur. Sic plerunq; conuertimus orationem in reum ad iudicem, cum illa tamen quibus aduerſarium alloquimur iudici alligentur. Acutiſſimum exẽplum in philippicis Demoſthenis. ubi quibus uerbis populum Athenienſem monitum uult: ea ſe dicit apud græcos & archadas & meſſenios contionatũ inuidioſa. Et. M. Tullius cum ſæpe alias tum pro roſcio conuertit orationem ad Chryſogonum ab illo loco, rogator atque te Chryſogone, & cætera.*

DIAPORESIS. *Addubitatio. hac utimur cum propter aliqua uolumus uideri addubitare & quaſi ab ipſis iudicibus conſilium capere. quo potiſſimũ genere orationis utamur quale eſt pro Cluentio. prohœmium. Equidẽ quo me uertam. iud. neſcio. negemus fuiſſe illam rem. & cætera. Item pro Cornelio: pugnem aperte contra nobiliſſimorum hominũ uoluntates, ſtudia, conſilia, cogitationeſq; eorum aperiam & cætera quæ quaſi dubitans an ſibi facienda ſint. dicit.*

EROTHEMA. Interrogatum. eo utimur ubi exaceruando aliquid interrogamus. & augemus eius inuidiam hoc modo, fuiſſe illo in loco dixiſti ne hæc geſta eſſe? renunciaſti ea quibus decepti ſumus? Hæc enim ſi ſine interrogatione dicantur ad hunc modum. Hic fuit illo in loco & ita geſta eſſe dixit, & falſo renunciando nos decepit. Hæc prolata minus inuidioſe proferentur.

PISMA. Quæſitum. Hoc genus ex ſuperiore eo differt quo ad interrogatum una uoce tãtum reſponderi poteſt: uel a negante uel a confitente. quæſito autem occurri niſi pluribus nõ poteſt: hoc modo ſi dicat. Qua igitur ratione bellum geremus? quæ auxilia nobis parata erunt? quis erit qui ſubuenire uelit cum tam acerbe ſocios tractauerimus?

DIATYPOSIS. Deſcriptio uel deformatio ubi rebus ſubiectis perſonarum & formas ipſas & habitus deſcribimus & exprimimus, ut Tullius hoc modo. Haſta poſita in Põpeij caſtris cum ſuis formoſis finitoribus auctionãtem. Item plenius pro Milone. Si hæc nõ geſta audieritis ſed picta uideritis, & deformat milonem in rheda ſedentem penulatum cum uxore. Item Clodium cum equo & delectis uilla egredientem. eodem modo. pro. roſcio. & de glaucia. Nonne uobis hæc quæ audiſtis

oculis cernere uidemini. iud. Non poſita nob impetum repentinum? nō uerſatur ante oculos ipſe glaucia? & quæ ſequuntur.

ANTENAGOGE. Compenſatio. Eſt autem huiuſmodi ubi aliquid difficile & contrariū confitendum eſt, ſed contra inijcitur non minus firmum, qualia ſunt hæc de Rege Ptolæmeo apud Ciceronem. Difficilis ratio belligerandi, at plena fidei, plena pietatis, & ſi dicas magnus labor, multa pericula opponūtur, at gloria ex his immortalis eſt cōſequutura.

DIASIRMOS. Eleuatio uel irriſio. Ea figura eſt qua ludentes quæ dicuntur ab aduerſarijs diſſoluimus, qualis eſt ille locus pro. Murena, in ſulpitium, totus de iure ciuili.

METASTASIS. Tranſmutationem quidam inter figuras nominauit: cum rem a nobis alio tranſmouemus non ita ut ibi cauſam conſtituamus, alioqvin iam non figura erit: ſed ſpecies quædam eius ſtatus quem qualitatis aut ex accedenti appellant ſecundum Hermagoram. Cæterum alibi in parte aliqua Orationis ſententiam hoc modo figuramus, qualis eſt apud Demoſthenem initio defenſionis pro Cteſiphonte. Cum bellum inquit phocenſe conflatum eſſet. & non per me, nondum enim ego ad remp. acceſſerā. Tale eſt illud p Cornelio. Videri poteſt de ærario, refertum

inquit tribunicis legibus exhauſtum a quibus ſcit ipſi ſciunt.

HAE Fere ſunt ab elegantiſſimis electæ figuræ ſententiarum. quibus ſi ut adoleſcens acerrimo ingenio utebaris nactus proprio motu animi: aut etiam exiſtimatione lectionis Tullianæ. prius etiam quod numeros earum nominaq; perceperis: nihil mirum eſt. Omnia enim fere quæ perceptis continentur ab ingenioſis hominibus & in dicendo ſe exercentibus fiunt. ſed caſu quodam magis q̃ ſcientia. Ideoq; doctrina & animaduerſio adhibenda eſt: ut ea quæ interdum ſine ratione nobis occurrunt ſemper in noſtra poteſtate ſint, & quotiens res poſtulauerit a nobis ex p̃parato adhibeantur. Nunc ad figuras eloquutionis trãſeamus. quia in traditione primum mihi uidetur demonſtrandum, quot genera ſint eloquutionis quotq; modis ea utamur.

EST. Igitur omnis oratio aut ſoluta nulla inter ſe neceſſitate numerorum neq; compoſita membris quibuſdam: uel determinata certa circunſcriptione uerborum. Ea plerunq; in ſermone aſſidua & in epiſtolis utimur. Interponitur autẽ & in dialibus orationibus ubi aliquid ſimile & proximum ſermoni uolumus effingere. Aut perpetua quam græci romenenlexin appellãt: quæ ita connectitur ut ſuperio

rem eloquutionem ſemper proxima ſequatur. atq; ita seriem quandam ſignificatus rerum explicet. Ea praecipue hiſtoriae deſcriptioni conuenit quae tractum effuſum genus eloquendi non conuerſum neq; circunſcriptum deſiderat. Habet ſaepe in iudiciali genere dicendi uſum neceſſarium: ſi quando quaſi decurſu quodam uti uolumus. ut illa ſe habet in oratione milo niana. Occidi occidi nõ. ſp. melium qui annona leuanda iacturiſq; rei familiaris, & caetera in uitam Clodij inuehitur.

ALIA Autem quae ex ambitu conſtat, quem ambitum graeci, periodon appellant. Eſt autem ea quae ſententiam certa quadam circunſcriptione definit atq; determinat: qualis eſt haec. Si quantum in agro lociſq; deſertis audacia poteſt: tantum in foro & in iudicijs impudentia ualeret: non minus nunc. A. Caecina cederet, ſex, ebuti, impudentiae, quam tum cum in faciunda ceſſit audacia, ſed hic ambitus cõſtat ex membris quae cola graeci uocant, & caeſis quae cõmata appellant. Membrum quidem eſt pars orationis ex pluribus uerbis abſolute aliquid ſignificans hoc modo. Et ſi uereor. iud. ne turpe ſit pro fortiſſimo uiro dicere incipientẽ timere: Caeſum autem eſt pars orationis nõdum ex duobus aut ex pluribus uerbis quicquã abſoluti ſignificans. hoc mo-

do. Et ſi uereor. iud. ne turpe ſit, nonnunquam
tamen Cæſam dicimus orationem. quotiens
non efficiuntur uerba ex connexione mem/
brorum, ſed ſingula quamuis ſignificantia
proferantur ad iſtum modum. Quis eſt iſte
iollius armiger catilinæ, ſtipator tui corporis,
concitator tabernariorum. percuſſor. latra/
tor fori, depopulator curiæ, & alibi apud eũ/
dem oratorem. Comites illi delecti manus
erant tuæ, ut quiſquis te familiaritate attige
rat ita maxime manus tua putabatur. Con/
ſtat autem ambitus ex duobus membris, ex
tribus membris, ex quattuor interdum. &
ſi nonnulli ex uno membro ambitum putant
poſſe compleri, quam monocolon periodon ap
pellant. Ego autem non uideo quemadmo/
dum Periodis cognominetur & non potius
colum ſiue unus ſi unum ſit. His demonſtra/
tis quæ & ipſa poſſit aliquis figuris eloquutio
nis enumerare, cæteras perſequemur, ſi illud
prædixerimus optimam & efficaciſſimam ora
tionem futuram. ſi & hos ambitus habuerit
de quibus diximus: & in quibuſdam partibus
continuo rationem illam perpetuæ eloquutio/
nis aſſumpſerit. & nonnunquam cæſis interru
pta fuerit. Nam ubi omnia periodis explican
tur: ſatietatem & faſtidium ex ſimilitudiue pa
rit. qualia ſcripta eorum qui Iſocratem male

imitati ſunt: quippe cum ipſe Iſocrates in hoc genere a quibuſdam improbetur. At ubi ſemper continuatur oratiuncula quaſi reſpirationes ex interuallis atq; diffinitionibus periodorum interponuntur. & audientem & dicentem fatigat. Vbi uero cæſa ſemper oratio eſt, nihil a ſermone imperitorum differre uidetur. Quare permiſcenda ſunt hæc. & rebus pro conditione earum accomodanda. Differt autē figura eloquutionis a figura ſententiæ hoc, quod ſententiæ figura immutato uerborū ordine uel tranſlato manet nihilominus. Eloquutioni autem ſi diſtraxeris uel immutaueris uerbo, uel ordinem eorum non ſeruaueris: manere non poterit.

IRONIA. *Sententiæ figura: quam hoc modo enuntiabo. Hic enim egregius auctor communium commodorum cuſtos, defenſor Reipu. ſalus & columen ciuitatis, de quo contraria ſcilicet intelligi uelim. mutabo uerba ordine eorum uerſo: uel tota elocutione aliter explicata ſic. Nanque iſte cuius ope & auxilio uidelicet ciuitas nititur. manet ut ironia eadem. neque ledetur uerborum immutatione. At uero ſi figura eloquutionis ſit quam re latine: Græce Epanaphoram uocamus, quæ eſt eiuſmodi. Ille auctor diſcordiarum; ille dux Seditionum omnium,*

Ille in pace tumultuoſus. proditor in bello. & illam partem orationis repetitam ſæpius in initium membrorum aut cæſorum, quam figuram ſuſtulero. & tantum ſemel dixero ſubiungens & cætera hoc modo. Ille qui ſeditionum auctor: diſcordiarum concitator: in pace tumultuoſus: in bello proditor fuit, figuram eloquutionis ſuſtuli. Nonnunquam autem: immo plerunq; concurrere poteſt: ut ſententiæ figura coniungatur cum eloquutionis figura qua hoc modo enunciatum eſt. Ille amator patriæ egregius. Ille Reip. cuſtos. Ille defenſor libertatis ac legum: cum hoc de eo dicatur. de quo contraria intelligi uolumus. & ironiam eſſe quæ figura ſententiæ eſt, & epanaphoram, de qua cum maxime diximus quæ eſt eloquutionis. Nunc ad inſtituta pergamus.

SVNT *Igitur figuræ eloquutiones: aliæ ad ornandam tantum & quaſi pingendam orationem accomodatæ, quibus priceps gorgias Leontinus uſus eſt, ſed ſine modo: & ideo breuis oratio eſt, & quæ initio audientis nouitatate permoueat faſtidium meruit. Iſocrates autem poſt eum partius: necnon etiam ipſe Demoſthenes. ſed tanta moderatione ut nuſquam in tedium recurrat. Eas ergo primum exponemus*

ANTITHETON. *Oppoſitū ex contrarijs. hec.*

figura conſtat ex eo quod uerba pugnantia inter ſe paria paribus opponuntur, cuiuſmodi breuiſſimũ eſt illud Ciceronis. Domus deerat. at habebas: pecunia ſuperabat: at egebas, in pace ad uexandos ciues acerrimus, in bello ad expugnandos hoſtes inertiſſimus.

ICOLON. Exequatum membris. fit aũt quotiens non pugnantibus inter ſe, ſed paribus tantummodo uerbis, duo uel etiam plura mẽbra quæ cola dicimus: explicantur. ut ſi dicas hoc modo. Claſſem ſpecioſiſſimam inſtruxit, exercitum pulcherrimum & fortiſſimum elegit, addere etiam licet ſociorum maximã & fideliſſimam manum comparauit. & longius eodem modo progredi: dum ne in faſtidium incurras.

PARISON. Prope æquatum. differt autem ex ſuperiore quod ibi membrorum uerba paria ſunt numero. Hic uno uel altero addito aut in ſuperiore membro aut in poſtremo pariter excurrunt. Vt ſi locum enunties. neque gratia & diuitijs locupletum corruptus. neq; minis & denuntiatione potentum perterritus. neq; difficultatibus & magnitudine rei a propoſita magnitudine deiectus. hoc enim poſtremum pluribus uerbis quam ſuperiora enũtiatum membrum longius produxit, quod fieri & in primo poteſt. ſed ibi opportunus ſi quo

longius erit cæteris initio pronũtiatur. in poſteriore autem ſi ad poſtremum ꝑducuntur.

OMOEOPTOTON. Simile in caſibus. hoc ex eo nomen accepit, quod membra illa ideſt. Cola. in eoſdem caſus cadunt ad hunc modũ. Huic igitur ſocios ueſtros criminanti ꝗ̃ ad bellum uos cohortanti: & omnibus modis ut in tumultu eſſetis molienti. Hæc enim tria in eundem caſum determinata ſunt.

OMOEOTELEVTON. Simile determinatione. differt a ſuperiore, quod illud quidem: & caſu ꝗ̃ ſono ſimilia membrorum determinat. hoc uero non ſolum caſuum ſimilitudine, ſed cuiuſcunque uerbi atque enuntiationis contentum eſt. In muros ſtatim curritur, exercitus a ſocijs accerſitur, delectus iuuentuti denuntiatur.

PARONIMIA. Leuis imitatio. Hæc figura ita ornat orationem: ut in nomine aut in uerbo, interdum ſyllabam: nonnunquam littera immutata: diuerſa ſignificet, ut ſi uelis ſic enuntiare. prætor iſte uel potius præda ſociorum. Et frequens illud apud ueteres eiuſmodi eſt, cui quod libet hoc licet non idecorem interim & prioris uerbi poſtremitas: ſimilitudine poſterioris excipitur ut ſe habet legem fragilitas & quæ tibi non deerat, erat enim diligentiſſime ſcripta.

PLOCE. Copulatio. Ea figura eloquutionis in qua idem uerbum aut nomen bis continuo poſitum diuerſa ſignificat, ut eſt illud. Sed tamen ad illum diem memmius erat memmius. Ita enim hoc bis poſitum eſt: ut ſuperius quidem nomen tantum ſignificet hominis: poſterius uelit intelligi eundem qui ſemper fuerit ac ſui ſimilem.

PALINLOGIA. Iteratio. hæc figura repetito eodem uerbo aut nomine non diuerſa uult intelligi: ſed idem quod ſignificatur efficere uehementius. cuiuſmodi eſt hoc. Ferrum ferrum inquit, & hoc in iudicio dicit ter eiciatque pro terrui. Repetitum in hoc ferrum indignitate rei atque audaciam eius in quem dicitur impenſius ſignificat, nec ſolum nomen aut uerbum: ſed omnis pars orationis iterari ad eundem uſum poteſt, ut cum dicitur. Tu tu Antoni Cæſari ruenti atque omnia permiſcere cupienti cauſam belli ciuilis dediſti. Atque hæc duæ figuræ, ſuperior, & iſta ipſa de qua loquuti ſumus: non ad ornandam magis & exornandam orationem ut ille ſuperiores: ſed ad accendendam pugnam dicendi ualent: ſicut uel magis pleraque earum quæ conſequentur. Ideoque & Ariſtoteli, & iteratio ipſa uerborum ac nominum: & repetitio frequentior, & om-

nis huiuſmodi motus, actioni magis & certa-
mini q̃ ſtilo uidetur conuenire. Qua de re in
tertio Rhetoricarum libro artium diſſerit.
Verum docet nos & Demoſthenes & Cicero
eam optime oratione̅ eſſe compoſitam quæ cu̅
illa ornamenta parium & contrariorum &
immutatorum uerborum habeat. Ex quibus
& ipſis tamen ſæpe non ornatior q̃ uehemen-
tior fit oratio. ſi in tempore & cum modo aſſu-
mantur. tamen his quæ ueræ affectionis ſpe-
ciem præferunt excitetur. ita enim maxime
exe̅plum & imagine̅ ueritatis co̅tinebit.

EPANALEMPSIS. Repetitio. hæc figura
tantum a priore diſtat quod in illa quidem
una pars orationis bis repetitur tum coniun-
cto tum interpoſito uno aut altero uerbo. quo
uehementior eloquutio uidetur fieri. At in
hac ex plurium uerborum continuatione re-
petita idem quæritur. ut ſi dicas. Patriæ ſuæ
quiſquam o Dij immortales exitium eſt ma-
chinatus. hoc non poteſt. iam non poteſt in-
quam libera hæc ciuitas eſſe.

ANADIPLOSIS. Replicatio rarum apud
oratores figuræ genus, frequentius apud poe-
tas. ſi quando tamen & in ciuilem orationem
incidit: mediocrem dignitatem habet. Inte-
reſt autem inter hoc & illa duo ſuperiora ta̅-
tum: quod hic ea quæ in ſuperiore membro

poſtrema ponuntur: in poſteriore prima repe/tuntur ad hunc modum. Concurrerat ad tan/tæ rei nuntium: ſicut commune ciuitatis peri/culum monebat. ſenatus frequens equeſter or do uniuerſus. Tale eſt & illud Terentianum. Negat phannium eſſe hanc ſibi cognatam De mipho. hāc demipho negat eſſe cognatam?

PROSAPODOSIS. Redditio. Nomen hæc figura ex eo accipit. quod idem nomen in po/ſtrema parte membri aut eadem quæcunque pars orationis redditur eſt connexa. unde id mēbrum aut is ambitus cœpit. ut ſi uelis hoc modo eloqui cum quid quaſi indigneas aut do leas tibi ſceleratisſime omnium imputare om nes calamitates ſuas debet Repu. tibi aut ſic. Hæc o Dij immortales in ciuitate moliri au/ſus eſt glaucia?

EPANAPHORAN. Quod relatum uocant hac figura uel frequentisſime & Demoſthe/nes. &. M. Tullius & omnes uehementes ora tores utuntur. unde præcipue & ipſi commoti uideri uolunt. & iudicem commouere. Con/ſtat autem ex eo quod eadem pars orationis ſæpius per ſingulos ambitus: aut per ſingula membra: interdum etiam breuis per cæſa quæ commata appellant. hoc modo. Verres calum niatorem apponebat. Verres de cauſa cogno/ſcebat. Verres pronuntiabat. Aut ſi dicas. Il/

ſe uenire hoſtes nuntiauit. Ille nos in motum belli compulit. Ille in tumultu ut ciuitas eſſet effecit. Per ambitum autem repeti poteſt eadem pars orationis ſic. Tamdiu. Ti. Gracchus. populo gratus fuit. quandiu leges ad uoluntatem eius non ad utilitatem, Reipu. compoſitas afferebat. Tamdiu. C. Graccbus quandiu legibus agrarijs & frumentarijs & ceteris profuſionibus ærarij multitudinem imperitam promerebatur. Tandiu Saturninus plurimũ potuit: quãdiu eaſdem illas frumẽtarias largitiones & agri diuiſio nos pollicebatur.

ANTISTROPHE. Conuerſum. Species huius figuræ cum eandem fere uim habeat, contrarium eſt ſuperiori eo quod ibi ab eadem parte orationis ſæpius incipitur. hic in eandem partem deſinitur cuiuſmodi eſt hæc pro fonteio, frumenti maximus numerus e gallia: peditatus ampliſſimæ copiæ e gallia, equites numero plurimi e Gallia.

SIMPLOCE. Connexũ. hæc figura ex utraque earum quas ſupra demonſtrauimus compoſita eſt, utranque orationis ſpeciem circundat. Nam & incipit ſæpius ab una parte orationis. & totidem in unam atque eandem deſinit, ut hæc ſe habet. Quis legem tulit? Rullus, quis tribus ſortitus eſt. Rullus. qs decem uiros creauit. Idem rullus.

POLIPTOTON. Ex pluribus caſibus. hanc figuram ex eo nominauerunt quod cum ſæpius initio ab eadem parte orationis ſtat: illa ipſa pars declinationibus caſuum aut generibus: aut numeris immutatur. caſuum declinationibus hoc modo. Senatus eſt. ſummum imperij conſilium Senatui. Reipu. cura mandatur. ad ſenatum in dubijs periculoſiſque rebus omnis ciuitas reſpicit. Generibus autem hoc modo, pulchra autem hæc fama contigit ciuitati: ſi optime meritum ciuem damnauerimus. Pulchrum erit exteras nationes exiſtimare, infeſtiores nos eſſe bonis q̄ malis. Pulchrum communibus utilitatibus conſulemus: ſi quos oppreſſos & hoſtes cupere nos circunuenerimus. Numeris autem ſic. Grata ſemper ſingulis fuerunt quæ commodi eorum cauſa inſtituta ſunt. Gratum ille ſuperior Africanus ſenatoribus fecit, qui primus eius ordinis ſubſellia a populo liberauit.

SINONIMIA. Communia nominis. Vtimur autem eo genere eloquutionis: quotiens uno uerbo non ſatis uidemur dignitatem aut magnitudinem rei demonſtrare. ideoque in eiuſdem ſignificationem plura conferuntur, ut ſi dicas, proſtrauit, afflixit, perculit.

TANTOLOGIA. Eadē pluribꝰ uerbis ſignifi

eat hoc ſchema. differt autem perexiguo pro-xima a ſuperiore figura. Ibi etiam ſingulæ partes ex ordine idem ſignificantes ponun-tur. hic unius nominis aut uerbi prius poſiti ius deinceps pluribus uerbis explicatur. ut ſi dicas. Senatus. p. q. r. ſummum conſilium. a quo ordine iura exteræ nationes petunt, hic enim unum nomen Senatus proſequutionem accipit ex pluribus uerbis non aliud ſignifi-cantibus. Qui enim ſummum conſilium di-cit. & eum a quo exteræ nationes iura petũt non aliud q̃ ſenatum dicit ſed proſequendo la tius ornauit eloquutionem.

CLIMAX. *Quod Græci uocant: aſcenſus nominetur a nobis, malo enim aſcenſus q̃ ſca-lam aut gradiculos ut quidam dicere. Eſt au-tem figura per quam decora, & a Demoſthe-ne commendata. in qua poſtremum quodque uerbum in priore membro aut parte aliqua eloquutionis poſitum: in ſuperiore curſum aſ-ſumpta inijcitur, atque ita uelut gradibus quibuſdam connectitur oratio, ad hunc mo-dum. Ponã enim ipſum Demoſthenicum uer-ſum, & non dixi quidem hæc, nec ſcripſi qui-dem, non profectus ſum autem ad legationẽ. nec profectus quidem, non perſuaſi autem the banis, nec perſuaſi quidem. hæc autem ani-maduertis quanto elatius dicta ſint quam ſi*

ſimpliciter

ſimpliciter enunciaſſet. Et dixi hæc & ſcripſi & in legationem profectus ſum. Perſuaſi thebanis. Sic Marcus Tullius pro Milone, Neque uero ſe populo ſolum: ſed etiam Senatui commiſit, nec ſenatui modo: ſed etiam Publicis præſidijs & armis: neque ijs tantum. ſed etiam eius poteſtati cui ſenatus totam Remp. commiſit. Parce autem uſus eſt figura. Nam in tertio gradu contẽtus fuit dicere, neque ijs tantum ne rurſum totum illud repeteret, neque ſolum publicis præſidijs & armis tantum. uidelicet quia longum & inſuaue futurum erat. Egregie autem & ut mihi uidetur fœliciter. Licinius Caluus in uacinium. Non ergo pecuniarum magis repetundarum q̃ maieſtatis? magis q̃ plauciæ legis, neque legis magis q̃ ambitus. neq; ambitus magis quã omnium legũ omnia iudicia perierunt.

SOLVTVM. Sic enim uoco quod aſintheton Græci uocant, fit autem ita: ut demptis diſiũctionibus & præpoſitionibus quibus uerba & non uerbis nominibus aut appellationibus particulis conſequuntur ſingulatim unũquodque enuntiamus, cuius rei frequentiſſimum exemplum eſt per totas orationes. Mar. Tullij. Sed uel hoc unum ad exemplum ſufficiet. Exopto uim edicti: ſeueritatem prætoris, faueo oratori. cupio. opto damnari apronium.

In his enim animaduertimus : nullam neque diſiunctionem neque propoſitionem interpoſitam, facit autem figura hæc ad celeritatem: & ad uim doloris aliquam ſignificandam qua plerumque cum commoti ſumus. Hoc modo incidere ſolemus. Illud etiam præceptum habeto: auctori ueræ cauſæ nunquam timendum eſſe ne nimium ſit in figuris ſententiarum, ſi enim fieri poſſit ut omnes non ad aliquam utilitatem figurentur, non uitandum. Verum & optabile eſt eloquutionis figuris modum adhibendum, & his maxime quas diximus, ad oſtenſionem magis q̃ ad certamen fieri, in quibus paribus paria reddantur, aut ſimili caſu aut ſono determinantur. In his etiam iteratione uerbi aut repetitione aut ali quocunque huiuſmodi motu accidunt. In eloquutione tamdiu morandum erit: quamdiu non in faſtidium & ſocietatem audientis incurrit. Melius itaque eſt pluribus huiuſmodi figuris uti & exemplis uariari eloquutionem quãdiutius in ijdem manere.

DISIVNCTVM. Siue iniunctum. hæc figura ita ornat & amplificat orationem ut diuerſis redditionibus uerborum membra quæ uocamus cola diſiungat: ac ſeparet, ſiue duo ſiue plura hoc modo. Capuam colonis deductis occupabunt, ac etiam præſidio communient

nuceriam, cumas multitudine ſuorum obtine-
bunt, cætera oppida præſidijs deuincient. Ta
le eſt & illud. Veniet igitur ſub præcone tota
propontis atque Helleſpontus, addicetur com-
munis ora liciorum atque cilicum. Moeſia &
Phrygia. Veniet propontis atque Helleſpon-
tus idem conditioni legique parebunt. Ani-
maduertere autem potes nihil intereſſe utrum
in poſtremis partibus membra disiungan-
tur uiciſſitate uerborum: an in primis, an hoc
uiciſſim fiat.

DIEZEVGMENON. Siue Epizeugmenon
diſiunctum ſiue iniunctum, hoc genus enume-
rationis diuerſam habet uim a figura ſuperio-
re. Ibi enim copia uerborum iactatur, hic
breuitas: nã ut in ſuperiore ſingulis membris
ſingula diuerſa reddimus ita hic plura in uno
coniungimus. Quale eſt hoc. Quorum ordo
humilis, fortuna ſordida, natura turpi oratio-
ne abhorret. Hoc enim poſtremum abhorret
ad tria refertur. Sin autem hæc figura: tum
ita ut in poſtremo ſit pars orationis: quæ duo
aut plura membra coniungat, tum in primo,
tum in medio in lectionem ſic epibolem uoce-
mus licet. Præſtat autem uim orationi plu-
ribus uerbis in eãdem rem collocatis, non idẽ
ſignificãtibus, ſed maius ſemp ac maius aliqđ
Hoc modo uerberatur, crutiatur, necatur.

PLEONASMOS. *Plus neceſſarius eius figuræ uſus. In eo eſt ut uerba quidem adijceamus: non tam enuntiandæ rei neceſſaria quã ut ex his magnitudo uel dignitas: uel moralis aliqua commentatio aut denique ſpecies motura iudicem circumponatur. Alioquin ſi nihil eorum additio uerbi efficit: uitioſa erit, itaque ſi dicas. M. Cato ille, quamuis ſufficiat nomen tantummodo poſuiſſe: uidearis ſignificaſſe addito. ille. Item hoc, quæ malum eſt iſta uoluntaria ſeruitus: pluſquidem habuit ex eo quæ malum poſitum eſt.*

ELLIPSIS. *Ideſt detractio contraria ſuperiori figura. Ornatur oratio cum uerbum aliquod detrahimus a ſua ſignificatione hoc modo. Et illi quidem qui a ſe morte inimici reppulit ignoſco. Videtur autem mihi, iud. qui ſententias pro illo tulerunt. nam multas fuiſſe audio, hic apparet tum illud deeſſe. Videntur autem mihi & iudices idẽ ſenſiſſe uel ignouiſſe. Sed quia intelligebatur is detractum eſt, ut ipſa celeritate cõmotior eſſet enũciatio.*

HAEC *Sunt ueræ eloquutionum figuræ animaduerſione dignæ. Iam illud ſua ſponte intelligere poſſit: ſæpe plures elocutionis figuras concurrere. Nam qui ſic loquitur. Athenienſes Aſiæ partem eam quæ ionia cognomi*

riata eſt colonijs communierunt: Dotes Italiæ eam regionem quæ græcia eſt nominata occupauerunt, tres in unum figuras contulit, icolon. omoeoptoton. diezeugmenon. Itemq; hoc & in cæteris figuris accidere poterit. Illud ad poſtremum præcipiendum uidetur: ne propoſita tibi figura quæras eloquutionem his ſubiungere, cita uerba colligas, ut in eam figuram quam deſtinaueris incidant: infirmum enim hoc & puerile erit hæc conſuetudo multa eloquutionis in qua figuras huiuſmodi recognoſcas, & aſſiduitas ſtili cum ipſa exercitatio commouerit dicendi facultas. Item in has formas ultro incurrit ut cum quibus & quo tempore utendũ ſit poſſis diiudicare. Plurimũ optimorũ Demoſthenis præſtabit. M. Tullio. nec dum copiã imitamur in nimietatem incidamus cauẽdũ eſt.

EXPLICIT AQVILAE.

Impreſſum Venetijs per Nicolaum Zoppi
num Ferrariẽſem & Vincentiũ ſocios. An
no Domini. M.D.XIX. Die uero. xii.
menſis Aprilis. Regnante inclyto
principe Leonardo Laureta
no Venetiarum Duce.